

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 5. Quid est in Eucharistia ex vi & virtute verborum, & quid solùm per concomitantiam?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Euchar. Cap. VII. 163*  
erant: & duo illi qui Apostolis, ascende[n]te in  
caelum Christo Domino, apparuerunt, cum  
essent Angeli, viri dicuntur.

*Quaest. 5.* Quid est in Eucharistiæ Sacra-  
mento ex vi, & virtute verborum, & quid ibi  
est solùm per concomitantiam?

*Resp.* Concilium Tridentinum clare resol-  
vit hanc difficultatem cum ait, *Verum Do-* Conc. Trid.  
*mini nostri Corpus, verumque ejus sanguini-* less. 13. cap.  
*nem sub Panis & vini specie, una cum ip[s]ius 3.*  
*anima & divinitate existere: sed Corpus qui-*  
*dem sub specie Panis, & sanguinem sub vini*  
*specie ex vi verborum; ipsum autem Corpus*  
*sub specie vini, & sanguinem sub specie Panis,*  
*animamque sub utraque vi naturalis illius*  
*connexionis & concomitantia: ( quæ partes*  
*Christi Domini, qui jam ex mortuis resurre-*  
*xit non amplius moriturus inter se copulan-*  
*tur ) Divinitatem porrò, propter admirabilem*  
*illam ejus cum Corpore & anima hypostati-*  
*cans unionem. Quapropter verissimum est,*  
*tantumdem sub alterutra specie, atque sub*  
*utraque contineri: totus enim & integer Chris-*  
*tus sub Panis specie, & sub quavis ip[s]ius spe-*  
*ciei parte: totus item sub vini specie, & sub*  
*ejus partibus existit.*

Ideo autem ex vi & efficacia consecrationis,  
seu verborum, solum Corpus ponitur sub spe-  
ciebus Panis, & solus sanguis sub speciebus  
vini; quia id solum est in Eucharistia ex vi  
verborum, cuius præsentia necessaria est ad  
veritatem verborum, quæ proferuntur, id  
scilicet quod præcisè significatur per verba  
prolata; & id est in Eucharistia per concomi-  
tantiam, quod naturalem, & necessariam con-  
nectionem habet cum eo, quod adest, seu po-  
nitur ex vi, & efficacia verborum: at evidens  
est, quod ad veritatem verborum consecratio-

## 164 TRACTATUS IV.

nis Panis , sufficit ut ponatur Corpus Filii Dei, & ad veritatem verborum consecrationis vini, sanguis , cætera verò ex necessaria connexione ; nam cùm Christi Corpus sit vivens , esse nequit sine sanguine , anima , & divinitate.

S. Tho. 3. p. Sub speciebus Panis , ait Divus Thomas, q. 76. art. 2. sanguis Christi est ex reali concomitantia sicut in corp.

*sanguis Christi est ex reali concomitantia sicut anima & divinitas , eò quod nunc sanguis Christi non est ab ejus corpore separatus , sicut fuit tempore Passionis & mortis . Vnde si tunc fuisset hoc Sacramentum celebratum sub speciebus Panis , fuisset Corpus Christi sine sanguine , & sub speciebus vini , sanguis sine Corpore , sicut erat in veritate.*

Quest. 6. Quomodo Corpus Christi Domini est in Eucharistiae Sacramento?

Resp. Ad hujus intelligentiam sciendum est

D. Th. 3. p. cum Divo Thoma , quod Corpus Christi est q. 76. art. 3. in hoc Sacramento per modum substantia , id in corp. est , per modum quo substantia est sub dimensionibus , non per modum dimensionum , id est , non per modum illum quo quantitas dimensionis alicujus Corporis est sub quantitate dimensionis loci . Manifestum est autem quod natura substantia tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur , sicut sub qualibet parte Panis est tota natura Panis : & hoc indifferenter , sive sint dimensiones actu divisa , ( sicut cùm aër dividitur , vel Panis secatur ) vel etiam sint actu indivisa . divisibles verò potentia .

Ex his patet quomodo totus Christus sit sub qualibet parte specierum Panis , non modò cùm hostia est divisa , verùm etiam cùm tota integra est ; sicut ratio substantiae in toto continuo , & in totis ejus partibus invenitur : ne-

Cath. Conc. que enim , ait Catechismus Romanus , p. 2. p. 29 de Eu- Christum Dominum ea ratione in Sacramento